1623 ij 24 Aprilis Ex MS. Biblio. Zalusc. No 398.

27

# Responsum Ponti ad ducem Radivilium.

Exponit nobis illustrissima dominatio vestra ex parte congressus postremi per literas suas a nobili et generoso presentium exhibitore oblatas, commissarios certos tam ex senatorio quam equestri ordine finitis comitiis vestris tractationi Livonicæ publica authoritate destinatos esse, cupitq. sibi nomina nostrorum commissariorum qui ad eundem pacificationis redintegrandum tractatum deputati sint, significari locum ad fluvium Dunam, in quo nuper congressi sumus invicem, et tempus circa festum divi Joannis utriq. parti commodissimum adferens. Ad quæ sic habeat illustritas vestra a sacra regia mtte domino nostro commissarios certos huic negotio hactenus dari non potuisse, quod animus vestrorum utrum et quomodo is ad protexendam pacis ulterioris telam propendeat, necne huc usq. nos latuerit, imprimis merimoniis quæ terra mariq. rigore pactorum libera esse debebant, tot difficultatibus in hunc usq. diem iniectis. Proinde hasce illrmæ dominationis vestræ literas quam celerrime ad Sm Rm Mtem dominum clementissimum expediemus, spe freti indubia Sm Rm Mtem ita mentem suam declaraturam, ut summam ejus in pacem firmam propensionem adeo antea toties ostensus est, universo terrarum orbi innotescat, quod responsum quam primum ad nos relatum fuerit no illrmæ dominationi vræ sine mora transmissuros recipimus. Riga 24 Aprilis Ao 1623.

N. Zyiski

6